

illam circini circumactus pes attingere, ibi locus erit articuli inferioris, digiti pedis maximi. Mor in sursum uersum hoc modo ductam curuam lineam impone puncta duo media intra obliquas. S. y. z. b. v. Ibidemq; collocabis articulos imos digiti medij in pede, et eius qui est proximus maximo. Quorum loca in exemplo indicata circulis oblongulis subiecta cernes. Minimi digiti imum articulum puncto notabis posito super lineam. e. medio inter transversam. b. et obliquam. v. a. j. Maximi autem digiti in pede in quo articuli duo insunt priorem partem animaduertes esse longiusculam. Digtos tres medios diuides per spacia quae sunt intra ipsorum articulos, ita ut imum quodq; reliqua duo aequae longitudine sua. Ceterum summa horum spacia excedent vna. 4. media spacia, quod fit propter illam sub unguibus carnis quasi excrecentiam. Minimo digito iuxta imum articulum appones valentiusculum callum, et illius extremitate definies ad lineam. x. imam etiam partem huius facies q; reliquas longiusculam. Ungues singulos digitorum facies dimidionibus longos q; est eius partis spacium cui insunt. Post haec circini vnu pedem constituens in punctum. y. alteru vero paulo supra punctu imi articuli, digiti minimi super lineam. e. Atq; ita hinc circumagens sursum uersum annotabis paruis lineolis, ubi pes in digitos findi incipiat.

Ceterum retro aliquanto longius fissurae formas, et quasi excauationes abduces. Post haec animaduertes lineam. f. attingere pedis supremam partem, ubi cruri agglutinatur nunc montem vocant. Verum sectionis siue abscissionis, id est, plani hac in parte figura, inferius excedet lineam. f. duabus. 3. versus lineam. 3. Postremo diuides. f. d. quatuor punctis, in tria aequalia spacia: Et ex puncto. 3. duces rectam lineam perpendiculariter, ea attinget poplitem iuxta calcem, quem graeci tenonta vocant.

Atq; ita dispositis transversis parallelis, perpendicularibus, item obliquis, diagonis et curuis lineis, quibus habitus ita proiecta in planum pedis describeretur: Consequenter exprimes figuram, tali quodam modo.

Digtum maximum ab lineam. e. paululum supra lineam obliquam. e. n. extendes, sicuti illius inferior articulus prominet. Mor insectes paululum infra lineam obliquam e. n. Ac rursus, uti illius superior articulus utrinq; prominet, reflectes sursum ad lineam. e. n. Inde recta produces illum, dum in praenotatam curuaturam includatur, intra. n. r. Atq; totum retro duces super lineam. r. s. vsq; eo ubi pes in digitos finditur.

Postea similiter in praescriptas suas digitos singulos curuaturas, intra pductas obliquas lineas includes. Quo loco obseruabis maximum digitum, non recta protendi in bene composito pede, ut in quibusdam inuenustis corporibus fit. Quod quo melius intelligeretur, stans digitorum per illas obliquas lineas in exemplo descripsi, quibus digiti plus minusue deprimerebantur, pro eo ac venustas et ratio compagum exigeret. Itaq; animaduertes inter maximum digitum, illiq; proximum spacium relictum. Cum reliqui omnes ad minimum vergant, minimusq; in aduersos nitatur, super obliqua lineam. v. a. j. Cum autem minimum digitum longum facies vna tertia parte lineae. b. ducta mensura a puncto. e. ubi stat illius imus articulus.

Velim diligenter cognoscas et contemplere singulorum digitorum facies inter se distimiles, articulorumq; tuberculos, et aliarum partium formas quas nominatim omnes dicere possit nemo. Quare ad exemplum, ubi et debuere et ponere exprimi, te dimitto. Post haec ab imo digito minimo retrouersus pedis, quasi excessum rotundabis ad angulum. b. y.

Pedis autem interiora lineamenta duces peculiariter, deflexa ad lineam. y. Intra transi-

uersas. a. et. n. g. et retro longe repanda ad lineam. f. intraq; .f. o. reflexa, usq; ad calcem. Unde cumq; hinc incipies rotundare donec pertingat ad lineam. d. et punctum. h. Unde porro calcanei imparilem curuaturam deduces usq; ad obliquam. l. q. Et iuxta lineam. f. sursum uersus curuaturam inscribes. Sed a puncto. q. perges formare pedem, dum ad illum, quem dixi, quasi excessum perueniatur, qui secundum minimum est digitum, ad. y. b. Plantam seu uestigium in exemplo animaduertes signatum certis quibusdam punctulis. Jam pedis quasi caesurae ibi ubi cum calcem crus committitur, siue ubi pes conuexus fit, intra utrumq; talum, in lineam. f. spacium erit vnus. 26. Infra vero talos vnus. 31. Et illius quasi, quam diximus, caesurae formam, produces ultra lineam. f. duabus. 3. versus lineam. 3. Talum etiam interiore facies planiusculu, exteriorem acutiusculu. Itemq; longiuscule distantem a calcaneo q; exteriorem. Ita existet illa intra talum interiore et poplitem, iuxta calcaneum siue tenonta concauitas planior et longior. q; ea quae est inter hunc et interiore. Post haec in pedem illum, quasi singularem callum a lineam. f. ad lineam. 3. quo fiat aspectu venustior. Illumq; etiam callum minimi digiti inscribes, per lineam. y. retro duces usq; ad dimidiatum spacium quod est inter. y. et. 3. Inter haec diligenter dabis operam, ne detortis lineamentis species deprauetur.

His ita perfectis, ne illas quidem quasi caesuras, per. e. itemq; per. f. quales in plano appareat, seorsim figuratas proponere neglexi, quo melius nostra tota haec ratio perspicere. Nam quo ego modo has duas praecisiones perscripsi: Eo caesuras omnium partium totius corporis uestiges licet, quamcumq; informam cadant seu rectam siue obliquam.

Nunc uero deinceps pedem iacentem in planicie, et quasi pressum exstructurus, ut obliquae effigiei fiat, ita facies. Locum notabis, ut a me factum videbis in exemplo, supra spacio vnus. 24. Ibi educes ex descripta forma secundum transferentem lineam. c. e. y. 3. f. d. et alia, quae huc pertinebunt, ordine simili et modo superioris descriptionis. Has lineas perpendiculariter eductas, duabus transversis claudes: Ita spacium quadrilateru altera parte sui longius effeceris, longitudine quidem ut dictum est, in superioris pedis forma, altitudine vero vnus. 24. Atq; hinc inscribes hanc pedis exstructionem. Postmodo latus a. b. diuides duabus transversis. c. f. in spacia aequalia tria. Ita illae perpendiculares lineae, indicabunt tibi stans omnium partium pedis in longitudinem, utpote digitorum extremitates, deinde articulos ac fissuras, mox unguium postus. Postremo totius pedis faciem, quomodo, ut dixi, quasi extruatur: Et illius caesuram ubi tibia siue crus in calcem defigitur. Verum transversae, altitudinem quae est in hoc loco densitatis, tibi demonstrabunt hoc modo. Plantam siue uestigium in lineam. b. plane colloca. Mor latus. c. intra transversas. f. b. diuide punctis duobus. 1. 2. in tria aequalia spacia. Postea perpendiculariter. e. diuide in quatuor aequalia spacia, punctis tribus. 1. 2. 3. intra transversas. e. f. Praeterea transversam ducito aliam intra transversas. a. e. et perpendiculares. 3. d. Atq; ita secundum pedis usq; ad perpendicularem. e. in punctum. 3. Abhinc illam inferioris articuli in maximo digito prominentiam, deflectes ad transversam. f. Ac inferius paulo iuxta punctum. j. terminabis maximum digitum. Sed inferiore articulum in minimo digito illiusq; prominentiam sursum obduces in quartam partem spacii quod est inter. f. b. Ceterum reliquos digitos dabis operam, ut decenter inscribas, ita ut in ordine quisq; longior, densitate quoq; proximum sibi excedat, ita fit ut minimi extremitas valde attenuanda sit. Veru huius circa inferiore articulum excessum, et quasi euagationem retro sane abduces ultra lineam. y. Jam illum alterum et singularem callum pedis, supra quidem ad transuers-